

Elenchus Auctorum.

12. Iulij ætatis 66. Eius opera duobus Tomis comprehensa excusa sunt Parisiis 1606. in folio.

* **GOFERIDVS** Abbas Vindocinensis, & Cardinalis tituli S. Priscæ ab Urbano secundo creatus, Vixit vsque ad extrema tempora Honorij secundi. Cuius opuscula & sermones habentur in supplemento Bibliothecæ Patrum, in fol. Parisiis apud Agidium Morellum, ann. 1639.

S. GREGORIUS Magnus dictus, Romanus, Monachus, Pontifex Maximus, vir sanctissimus, pietate & doctrina insignis. Floruit circa annum Domini 600. & ad Dominum migravit ann. 604. vel 605. Eius opera 6. Tomis distincta edita sunt iussu Sixti V. Pont. Max. Antwerpæ, apud Ioannem Keerbergium 1615. in folio.

S. GREGORIUS Nazianzenus Episcopus Theologus merito appellatus, summus S. Basilij amicus, ab ipso vas electionis, puteus profundus, & os Christi nuncupatus. Vixit sæculo quarto. Obiit vero anno. II. Theodosij. Eius præclara opera prodierunt in lucem typis regijs, Lutetiæ Parisiorum, apud Claudium Morellum 1609. in fol. duobus Tomis, Græc. & Lat.

S. GREGORIUS Nyssenus Antistes, S. Basilij Cæsareæ Cappadociæ vrbis Episcopi frater, vir eloquentissimus, Ecclesiæ lux & ornamentum, doctrina moribus, & vitæ sanctitate conspicuus. Claruit circa annum 380. Eius opera duobus Tomis diuisa edita sunt Parisiis apud Michaelem Somnium 1615. in fol. Gr. & Lat.

S. GREGORIUS Theodorus, siue: Theodoretus antea dictus, ob miraculorum multitudinem Thaumaturgus appellatus, Origenis discipulus, Neocæsariensis Episcopus, doctrina celebris & virtute illustris. Claruit ann. 233. Aureliano imperante decessit. Eius opera excusa sunt Parisiis vna cum SS. Macario & Basilio Seleuciensi 1622. in fol. Gr. & Lat.

GVERRICVS Igniacensis Abbas, D. Bernardi discipulus, vir non minus regulari obseruantia, & virtutum amore, quam Scripturarum scientia insignis. Floruit circa annum Domini 1150. sermones, quos ad suos habuit, impressi extant

Lugduni apud Laurentium Durand 1630. in 8.

* **GUILLELMVS**, Episcopus Parisiensis, fuit admodum pius & doctus. Viuebat sæculo duodecimo. Eius sermones sunt impressi, in fol. Lutetiæ Parisiorum, apud Petrum Chaudiere ann. sal. 1638.

H

* **HESYCHIVS**, Episcopus Hierosolymitanus, vixit tempore S. Gregorij vt patet ex eius Epist. 40. lib. 9. ad eum scripta. Cuius oratio demonstratiua in S. Andream Apostolum edita est in supplemento Bibliothecæ Patrum, in fol. Parisiis impensis Agidij Morelli, anno salutis 1639

S. HIERONYMVS Stridonensis Prefbyter, S. Ecclesiæ Doctor eximius, sub Constantio Imperatore natus, sanctissimum Orbis oraculum, sui temporis miraculum, scientiarum thesaurus. Floruit sæculo quarto, circa ann. 390. Obiit Honorio imperante anno salutis 420. vel 422. ætatis 78. vt alij volunt 91. Eius opera excusa sunt Parisiis 1609. in fol. Tomis 4.

HILDEBERTVS Gallus S. Hugonis Abbatis discipulus, ex Episcopo, Cœnomanensi Archiepiscopus Turonensis circa annum 1090. factus, vir sanctus, Styli elegantia suavis. Claruit circiter annum Domini 1100. Eius opera extant in Biblioth. Parr. Tom. 3. Parisiis 1610. in fol.

S. HILDEPHONSVS Toletanus Archiepiscopus, siue Episcopus, circa annum 658. Floruit virtute & scientiâ clarus, vitam morte feliciter commutauit ann. reparatæ salutis 677. Eius opera habentur Tom. 8. Biblioth. Parr. 1610. Parisiis in fol.

S. HIPPOLITVS Romani Portus, siue Portuensis Episcopus & Martyr, Clementis Alexandrini discipulus, sub Alexandro Seuero martyrio coronatus. Floruit circa annum 220. Eius opera extant Tom. 2. Biblioth. Patrum Parisiis 1610 in fol.

HVGODVS S. VICTORE natione Saxo, professione Monachus, siue canonicus regularis Lateranensis S. Augustini, dignitate Abbas sacratissimi Cœnobij S. Victoris, D. Augustini lingua di-